

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1804

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Saint-Ouen-le-Pin, Notre-Dame du Val-Richer (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1150, décembre

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues, archevêque de Rouen, confirme l'accord passé entre l'évêque Philippe de Bayeux et l'abbé Thomas et les moines de Clairvaux, à propos du transfert de ces derniers de Souleuvre au Val-Richer.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Bajocensis, n° XV, col. 81-82.
- b. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., p. 77-78.
- c. Arnoux Mathieu, Maneuvrier Christophe, *Deux abbayes de Basse-Normandie*, Notre-Dame du Val et le Val-Richer (XIIe - XIIIe siècles), Flers, Le Pays Bas-Normand (Le Pays Bas-Normand ; 237-238, 1-2), 2001, n° 37, p. 79-80.

Texte établi d'après a

Hugo, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, carissimis filiis suis episcopis et universis ecclesiasticis personis per Normanniam constitutis, salutem et gratiam in Domino. Provide consuevit auctoritas SS. Patrum literis assignare quod ad notitiam posteriorum desiderat stabilitate inconcussum conservari, ne quandoque valeat quod rationabiliter actum est aliqua dissidentium machinatione permutari. Conventionem itaque illam quæ in nostra præsentia Bajocis facta est inter filium nostrum Philippum Bajocensem episcopum et monachos Clarævallis, Thomam videlicet abbatem et fratres ejus, de loco qui Solobria nuncupatur, in quo tunc erat abbatia eorum, scripto decrevimus congrue annotare nostrique sigilli impressione roborare. Quoniam igitur locus ille erat perexiguus, nec satis prout oporteret, abbatiae construendæ opportunus, terra vero adjacens infructuosa, nec laboribus eorum sufficienter respondebat, communicato cum eodem Philippo Bajocensi episcopo consilio, ejus donatione et concessione transtulerunt abbatiam suam ad locum qui vocatur Vallis-Richerii, qui est de feodo ecclesiæ Bajocensis et parochia erat : præfatum vero Solobriæ locum cum ædificiis et terris in manu nostra resignaverunt, uti in dominium Bajocensis episcopi sicut antea fuerat rediret, venerabili patre nostro Bernardo Clarævallensi abbatæ, cui præfatus episcopus sæpe dictum locum concesserat, id concedente et charta sigilli sui munimine roborata confirmante. Philippus vero Bajocensis episcopus supradicto Thomæ abbati et fratribus suis pro ædificiis et laboribus eorum dedit XL libras Andegavensis monetæ, et decem modios annonæ, scilicet quadraginta sextarios frumenti, et quadraginta sextarios hordei, et quadraginta sextarios pisorum : cartas vero quæ de concessione et

confirmatione prædicti loci Solobriæ habuerant, præfato episcopo reddiderunt. Facta sunt ista Bajocis anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo, mense Decembri.